

Nº 3. HEDWIGIA. 1873.

Notizblatt für kryptogamische Studien,

nebst Repertorium für kryptog. Literatur.

Dresden, Monat März.

Inhalt: Dr. Venturi, über Orthotrichum. (Schluss.) — Repertorium: Stefan Schulzer von Müggenburg, Pilze an Quittenästen. (Schluss.) — M. l'abbé Boulay, Flore cryptogamique de l'est Musciniéds (Mousses, Sphaignes, Hépatiques). — Eingegangene neue Literatur. — Todesnachricht.

Ueber Orthotrichum. Von Dr. Venturi.

(Schluss.)

β. *Stomata nuda*.

1. Dentes peristomii externi 8 interdum apice rimosi, sed nunquam omnino fissi, siccitate reflexi et ad capsulae parieter plus minus adpressi.

23. *Orthotrichum arcticum Schmp.* Pulvinatum, vel caespitosum, pulvinuli densi, virescentes vel variegati, subtus ferrugineo-lutescentes, radiculosi. Folia conferta, humiditate patentia, siccitate incumbentia, ex ovato-elongate-lanceolata; perichaetalia latiora, omnia carinata, apice plus minus acuminata, grosse papillosa, nervo sub apice soluto, margine inferne revoluto, superne reflexo, dein apicem versus plano. Areolatio in foliis juvenilibus inferne hexagono-rectangula hyalina, ad auriculas lutescens et quadrate, superne ex cellulis rotundatis, parietibus crassioribus praeditis composita. In foliis adultioribus cellulae inferne magis elongatae et lutescentes sunt, parietes omnes magis incrassatae. Flores monoici. Fructus plus minus emersus, lutescens, unicolor. Vaginula ovata, nuda, ochreā adauete. Pedicellus crassus siccitate torquatus. Collum e capsula in pedicellum defluens; striae in parietibus capsulae breves ad orificium conspicuae, dein evanescentes. Capsula sporis repleta laevis, vacua et sicca sulcata. Stomata nuda. Peristomii externi dentes lutei vel aurantii, 8 bigeminati, in linea divisurali media rimosi, apice fenestrati, tota superficie minute papilloosi, siccitate secus capsulae parietem reflexi. Perictomii interni dentes ciliiformes, plus minus longi, raro basi tantum notati, lutei, inferne bicellulares. Calyptra campanulata, pallida pilis flavis crassis rectis ornata. Species distinctissima in regione arctica hucusque reperta; ex Norvegiae pluribus locis habeo.

An autem O. Blyttii a cl. Schimpero constitutum, species propria sit, dubito; satis erit mihi dicere, in eodem caes-

pite a me viso, et in eadem plantula conjunctas esse notas, ex quibus, secundum autorem, species haec ab O. arctico differre debet. Descriptio tamen Schimperi nimis incompleta est, qua de re de identitate harum specierum judicare non possum. Ex eadem causa et affinitatem et autonomiam O. microblephari a cl. Schimpero constituti ex descriptione cognoscere impossibilie est.

24. *Orthotrichum affine* Schrad. Pulvinatum vel caespitosum, clatum vel parvulum; pulvinuli densi vel laxi, luteo-virides, vel saturate et fusco-virentes. Caules erecti vel proceriores basi prostrati, dichotome ramosi. Folia plus minus dense confecta, humiditate patula vel recurva, siccitate erecta, lanceolata vel elongato-lanceolata, acuta, vel ex obtuso acuminata, margine reflexa. Areolatio superne ex cellulis chlorophyllosis, vel utriculo primordiali repletis, plus minus papillosis, inferne ex cellulis hexagonis vel rotundatis, interdum valde papillosis constituta. Folia adultiora cum parietibus cellularum plus minus incrassatis. Costa in vel saepius sub apice evanida. Inflorescentia monoica. Fructus immersus, vel emergens vel usque ad cullum exsertus; vaginula obovata, nuda, ochreata. Capsula e collo in pedicellum, interdum brevissimum defluens, ovata vel cylindrico-ovata; stomata nuda; striae in pariete capsularum 8 vel tenues a peristomio ad dimidiam capsulam ex bina cellularum serie, vel longiores et latiores ad collum usque productae. Capsula vacua sulcata, elongata, lutea vel brunnea. Operculum e basi convexa apiculatum, margine rufu cinctum. Dentes peristomii externi 8 bigeminati, multiformes, breves interdum vel longiores, in linea divisurali rimosi, lacunosi vel integri, apice interdum clathrati vel cum eruribus pugioniformibus, pallidi, dens papillosi et lineolati, vel interdum apice irregulari, papillis evanescentibus. Dentes peristomii interni filiformes 8, plus minus elongati, e singula, vel dupla cellularum serie, interdum margine irregulares, appendiculatiaevel lineolis serpentinis, vel papillis plus minus densis notati. Calyptra campanulata, plicata vel laevis, nuda vel parce pilosa, sporangium obtegens, luteo-viridis, fuscescens vel straminea, apice concolori vel infuscata. Species summopere varia permulta specimina ex compluribus partibus Europae vidi, et ex eo cestior factus sum formas quasdam notabiliores specificie distingui non posse, nam frequenter formae intermediae reperiuntur, quae notas praecipuas diversarum specierum ostendunt. Varietates tantum describi posse credo, inter quas formae dubiae secundum notas praecipuas conlocare queat, dum omnes, una et eadem species constituant Varietatum autem numerum insigne ex variabilitate speciei

condi posse patet, sed ego pro notis majoris momenti praecipuas tantum exponam.

Var. α . typica. Caespites pro more laxi tumescentes, folia elongato-lanceolata, saepius laxa et humiditate patentia. Capsulae emergentes, cylindracco-ovatae, striae breviores ex dupla cellularum serie compositae, quibus interdum altera series ex cellulis cum parietibus minus incrassatis unoquoquo latere accedit. Peristomium pro more magnum, dentes externi ubique dense papillosi, apice plus minus integri, vel in lineis divisuralibus fissi, calyptora luteo-virens, parce vel minime plicata, parum pilosa vel nuda, apice vix obscurius tincta. Ex Germania et Italia septentrionali habeo.

Var. β pulvinata. Caespites densiores, pulvinati, rami in pulvinulis plus minus fastigiati, fusco-virides. Folia breviora, humiditate minus patentia, in junioribus valde chlorophyllo repleta, cum cellularum parietibus non vel vix incrassatis. Capsulae immersae vel emergentes, striae capsularum pro more sporangium longitudine aequantes, series cellularum cum parietibus incrassatis sub peristomio numeratae 4; dentes externi breviores, apice clathrati, ubique dense papillosi, vel in parte superiore papillis evanescentibus et incompleti. Cilia filiformia, interdum appendiculata ex una vel duplice cellularum serie laevia, vel lineolis sinuosus, vel papillis ornata. Calyptora lutea, plicata, parce pilosa, apice infuscata.

Species haec ex Germania et ex Rabbi habeo sensim in varietates reliquas transit, et Orthotrich. fastigiatum Bruch, necnon appendiculatum Juratzka comprehendit.

Var. γ densa. Pulvinatum, pulvinuli densi saturate virides, rami fastigiati; folia plus minus elongato-lanceolata, parietibus cellularum in junioribus **vix** incrassatis; Capsulae emergentes, striae ut in varietate praecedente, sed series laterales cellularum debiliores. Dentes externi breves plerumque depauperati irregulares papillosi, vel in parte superiore fere laeves. Cilia pro more filiformia laevia, vel parum papillosa aut lineolata. Calyptora campanulata, angustior, flava apice infuscata, plicata et parce pilosa. t

Formam hanc Tridenti in compluribus locis reperi e ex Germania et Norvegia possideo.

Var. δ media. Ut var. β sed striae capsularum angustiores, breviores ut in var. α , parietes cellularum in foliis plus minus incrassatae; dentes externi apice clathrati dense papillosi, cilia e basi dilatata filiformes ex una cellularum serie, papillata. Calyptora plicata, campanulata, parce pilosa, apice infuscata.

Ex Anglia et Germania possideo. Cl. Mitten ex hac varietate speciem suam Orth. medium formavit.

25. *Orthotrichum Killiasi C. Müller.* Pulvinatum vel caespitosum densius laxiusque contextum, saturate virens, inferne infuscatum. Folia conferta, siccitate incumbentia, humiditate patentia, oblongo-lanceolata, carinata, apice acuta, margine usque ad apicem revoluto; areolatio inferne elongata, superne hexagona, et rotundata, papillosa, parietibus cellularum valde incrassatis. Capsula exserta, oblonga, estriata, collum in pedicellum sensim defluens, pedicello plus minus elongato. Stomata nuda. Peristomii externi dentes 8 bigeminati, pallescentes, dense papillosi, apice irregulares, siccitate e basi recurva reflexi ad capsularum parietes plus minus adpressi. Cilia peristomii interni 8 crassiuscula, papillosa, articulata, dentes externos subaequantia. Calyptra capsulam obtegens, plicata plus minus pilosa. Ex Norvegia et Helvetia habeo, in regione alpina ad saxa et rupes crescit. Dubito an habitatio praecepsa differentia hujus speciei a subsecente sit; quo casu de autonomia ejus valde certandum erit. Specimina incompleta et parvula nihil certi discebant.

26. *Orthotrichum speciosum Nees ab Es.* Laxe caespitosum vel subpulvinatum, caespites interdum elati extensi, luteo vel saturate virides; caules erecti vel basi decumbentes. Folia plus minus laxe disposita, humiditate patentia, siccitate erecta vel erecto-patentia, elongato-lanceolata, acuta. Areolatio inferne ad costam elongata, rectangula, cellulis in foliis adultioribus cum parietibus incrassatis, ad marginem quadrata hyalina, superne hexagona, grosse papillosa, cum parietibus plus minus incrassatis, chlorophyllo vel utriculo primordiali visibili faret. Inflorescentia monoica. Capsula emergens vel omnino emersa, e collo in pedicellum sensim defluente cylindraceo-ovata, sporis repleta et deoperculata, sub peristomio constricta et ibi striis angustissimis brevibus ex una cellularum serie notata, vel fere omnino laevis. Stomata nuda. Peristomii externi dentes 8, albidi, apice clathrati vel in linea divisurali pertusi, densissime papillosi, siccitate e basi recurva reflexi; apex dentium capsulae parietem tangit. Dentes interni 8, connivent, aut erecti, latiusculi, papillosi, ex dupla serie cellularum compositi, margine integri papillosi. Calyptra capsulam obvelans, plicata, campanulata plus minus dense pilosa.

Ex Italia, Germania, Anglia et Norvegia specimina vidi, Hanc speciem suminopere modus proprius cum quo dentes externi siccitate reflectuntur, nec non striae breves exiguae

et interdum inconspicuae ab Orth. affini var. α typica cui proxima distingunt.

2. Dentes peristomii externi post operculi lapsum cito 16 siccitate revoluti, et ad capsulae parietem non adpressi. Cilia peristomii interni, vel deficientia vel 16 lata et margine irregularia.

27. *Orthotrichum Shawii Wilson*. Pulvinato-caespitosum caespituli laxiusculi, superne laete virides, inferne infuscati, e minoribus hujus sectionis. Folia dense conferta, humiditate patentia, siccitate laxe incumbentia, e basi oblonga lanceolata, margine subrevoluta, carinata, perichaetalia latiora; areolatio inferne ad marginem quadrata, in medio elongato-rectangula, parietibus parum incrassatis, superne rotunda, papillosa, cum parietibus cellularum incrassatis. Inflorescentia monoica. Vaginula brevis, nuda, ochreâ coronata. Capsula immersa, e collo brevi cito in pedicellum ochreâ vestitum defluens, oblongo-ovata, leptoderma, lutea, laevis aut striis exilissimis vix ad peristomium conspicuis notata, secca laevis truncata. Stomata nuda. Peristomii dentes 16, aequidistantes, lineali-lanceolati, bierures, in linea divisurali rimosi, lutescentes, apice integri, densissime miuite papillosi, siccitate revoluti, et non secus parietes capsulae reflexi. Peristomium internum deficiens. Calyptra campanulato-inflata dense pilosa

Ex Anglia specimen authenticum vidi. Species haec cum Orth. Sturmii nihil commune habet, et immerito cum eo comparanda.

28. *Orthotrichum lejocarpum Br. et Sch.* Fasciculato-caespitosum, laxe pulvinatum, juvenile confertum deinde expansum, virens vel flavo-virens. Caulis erectus vel assurgens. Folia elongato-lanceolata, plus minus laxa, humiditate patula, siccitate incumbentia, margine revoluta, plus minus papillosa. Areolatio ut in specie praecedente. Inflorescentia monoica. Capsula immersa, e collo brevi in pedicellum brevissimum ochream haud excedente constricta, ovato-elliptica, luteola, laevis, secca sulcata, estriata, vel cum striarum levissimo vestigio, vaginula nuda. Stomata nuda. Peristomii externi dentes 16 obtusi, aequidistantes lutei, densissime papillosi, bierures, in linea divisurali dehiscentes, siccitate egregie revoluti non reflexi. Dentes perist. interni 16, lati, ex bina cellularum serie, papillosi, margine erosi. Calyptra campanulato-inflata, lutea, pilis flavis dense pilosa.

Species communissima, ubique in sylvis freqnens, faciliter dignoscenda. Speciem affinem Orth. firmum a me denominatum cl. Beccari ex Bogos Abyssiniae retulit, sed foliis firmioribus, vaginula pilosa, capsula exserta et calyptre

superne nuda egregie distincta. Quid autem Orth. maccoblepharum Schmp. sit, et cum qua specie affinis ob incompletam descriptionem dicere nequeo.

29. *Orthotrichum Lyellii Hook.* Inflorescentia dioica! precerum, laxe caespitosum, late expansum, saturate virens. Folia siccitate laxe incumbentia et subflexuosa, humiditate patentia et subsquarrosa, grosse papillosa, lanceolato-elongata, margine inferne tantum reflexa, superne plana, carinata; paginae foliorum propagulis claviformibus septatis aut plurifidis praecipue in caespitibus sterilibus dense obsita. Plantae masculae graciliores Fructus emergentes; vaginula pilosa; capsula e collo longiusculo sensim in pedicellum brevem defluens, obovata, elongata, striata, lutescens, sicca suleata; stomata nuda; peristomium externum ex dentibus 16, dense papilloso aequidistantibus, recurvo-revolutis compositum; perist. interni cilia 16 linearia, rufula, plus minus lata, margine hyalina, vix crosa. Calyptra capsulam obtagens, campanulata plicata, modice villosa.

Ex Italia, Anglia, Germania et Norvegia habeo.

B. Folia ovata, oblongo-et elongato-lanceolata, apiculata, apiculo ex cellulis elongatis conformato, margine recurvo, reflexo vel revoluto.

30. *Orthotrichum diaphanum Schrad.* Dense pulvinatum, pulvilli interdum confluentes, molles, saturate virides, et pro more ex apicibus foliorum decoloribus incanescentes. Folia siccitate incumbentia, humiditate erecto-patentia, oblongo-vel elongato-lanceolata, crasse areolata, inferne ex cellulis hyalinis elongatis, superne ex cellulis laevibus, chlorophyllo repletis, hexagonis, cum parietibus haud incrassatis, in vertice cum apiculo plus minus elongato acuto, pro more hyalino, ex cellulis elongatis constitutum terminata; costâ in apice desinente. Flores monoici. Fructus immersi; capsula e collo brevi cito in pedicellum brevissimum constricta, oblonga, subelliptica, pallide lutea, vacua suleata; striae angustissimae ad medium capsulam producte; stomata periphraста. Dentes externi 16 pugioniformes, bicrures, in linea divisurali frequenter rimosi, plus minus dense papillis et lineolis longitudinalibus obsiti, siccitate patentes vel reflexi, apicibus assurgentibus. Cilia filiformia 16, quorum 8 hand raro alternatio minora, pro more papillosa. Calyptra pallide lutea, vel luteo-fusea, aut brunnea, campanulata, plicata, nuda vel paree pilosa.

Var a typica, foliis apiculo albido plus minus elongato acuto praeditis. — Ubiqae frequentissima in cortice arborum, et in muris vetustis reperitur.

Var β aquatica Davies. in sedet. Folia latiora, apiculo breviore, ex cellulis elongatis inanibus sed luteo-viridibus composito praedita. — Ex Anglia, cum Orth. Spruceo commixtum possideo.

Similis et vix ab hac specie distinguenda forma africana est quae Orth. piliferum a cl. Schimpero denominata fuit. Collum tamen sensim in pedicellum brevem defluens, striae capsulae longiores et parum crassiores, apiculum foliorum angustum albidum, forsitan autonomiam speciei servare possunt.

C. Folia ovata, aut oblonga, apice obtuse rotundata, margine involuta.

31. *Orthotrichum obtusifolium Schrad.* Dense pulvinatum, e lutescenti-viride. Folia siccitate incumbentia, humiditate e basi breviter erecta patentia, ovata vel oblonga, suprema elongata, apice obtusa, ligulata, margine leviter incurva; areolatio basi elongata, superne hexagono-rotundata, papillosa. Folia perichaetii latiora, tenuiora, subvaginantia, plicata, apice plus minus obtuso. Fructus immersus, vaginula nuda, capsula e collo de fluente ovalis, 8-striata, secca et vacua sulcata. Calyptra vel straminea vel fusca, apice infuscata, parce pilosa vel subnuda, plicata vel laevis, capsulam obtegens. Peristomii interni dentes 8 bigeminati, siccitate reflexi et ad capsulam adpressi, tenue et dense papillosi, aurantii, vel rufescentes. Cilia peristomii interni 8, filiformia. Frequentissima ubique species.

32. *Orthotrichum gymnostomum Bruch.* Praecedenti simillimum. Folia tamen magis et usque fere ad apicem involuta; folia perichaetii acutinscula. Capsula minor, gymnostoma, vel peristomio valde rudimentario praedita. Calyptra brevis, conica, paulum infra operculum, vel ad medium capsulam producta. — Ex Helvetia et Germania septentrionali.

Tridenti, 25. Octobris 1872.

Repertorium.

Pilze an Quittenästen. Von Stefan Schulzer von Müggenburg. Mit einer Tafel. (Verh. d. zool.-bot. Ges. in Wien. XXI. 1871.)

(Schluss.)

29. *Phoma cava.* Mit dem vorigen Pilze und selbst mittelst der Lupe davon nicht unterscheidbar. Die Perithecien sind fast ganz frei, $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{6}$ " breit, etwas gedrückt kugelig, dunkelbraun, augenscheinlich aus dem Baste gebildet, dessen Farbe sogar überall mehr oder weniger deutlich durchschimmert; im oberen Theile sind sie immer vorhanden und dick, an der Basis zuweilen fehlend,

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Hedwigia](#)

Jahr/Year: 1873

Band/Volume: [12_1873](#)

Autor(en)/Author(s): Venturi Gustav

Artikel/Article: [Ueber Orthotrichum. \(Fortsetzung.\) 33-39](#)